



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 2. Pontifex plura sibi data monita in mentem revocans.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI
A.C. 1559.

Thuan. l. 22. quod in Ecclesiæ ditionibus cuncta sus de-
Pallav. n. 3. que verterint, sed insuper etiam per uni-
versam Italiam, ac præcipue in Etruria Xenodochiis, Monasteriis, atque
Ecclesiasticis gravia tributa ex propria auctoritate imposuerint: eapropter Cosmas Florentiæ Dux Boniano Bonfiliatio oratori suo negotium dederat, ut ea de re querelam apud Pontificem institueret: verum ne ille ad colloquium admitteretur, sedulo hucusque effecerant Caraffæ, quo factum est, ut Cosmas per literas id tentaret, quæ a Cardinale Vitellio Caraffarum fastum, & insolentiam exoso, Pontifici redderentur. Vitellius hac sibi injuncta provincia tam integra fide fungebatur, ut Papa vix perfectis hisce Ducis Florentini literis mox præterita, quæ eidem Guisius Dux, & Jeremias dederant, monita in memoriam revocaret, atque acersito Jeremiæ præciperet, ut ex Cardinale Vitellio Caraffensium consiliorum gnaro rei gestæ, atque accusationum veritatem plenius intelligeret, atque ad Papam sincere referret.

§. II.

Pontifex plura sibi data monita in mentem revocans.

Pallav. l. 14. Insuper Papa ad sedulam hanc in Nepotes
c. 7. n. 2. suos inquisitionem potissimum alio ex ca-

capite stimulabatur; contigerat enim, Sæcul. XVI.
 quod die quinta Januarii, Paulus IV. A.C. 1559.
 apud Sacræ inquisitionis Cardinales ad
 suum cubile convocatos quereretur, quod
 ipsorum nemo ad eum retulisset, nescio,
 quale improbi exempli factum ante qua-
 tuor dies a Montano Cardinale com-
 missum, cum tamen illud Purpuræ
 amissione castigari mereretur: at eam
 noxam Pacecus tum præsens excusare
 satagebat, ostendens, quod hæc culpa
 non tantum supplicium commerita fuerit:
 Attamen Pontifex Religionis æstu suc-
 census, has in voces exclamans proru-
 pit: *Reformatio! reformatio!* Has voces
 Papa alias sæpius ingeminare confue-
 verat, mox tamen Pacecus subjecit:
 „Sanctissime Pater, oportet reforma-
 tionem a nobis inchoare... Satis in-
 tellexit Pontifex, quid sibi vellet ea vox
a nobis, cum haud oblitus esset eorum,
 quæ alio tempore ipsi exposuerant idem
 Pacecus, & Cardinalis S. Jacobi, dum
 actum fuit de promovendo ad Episco-
 patum Caraffa: porro ex eo etiam Pon-
 tifex plus fidei huic tacitæ admonitioni
 tribuit, quod eundem Caraffam Nepo-
 tem suum non ita pridem ægrotantem
 invisens, homines quosdam apud illum
 repererit, quos omnis corruptelæ, la-
 sciviæque instrumenta censebat. Cete-
 rum magis adhuc irritabatur Pontifex,

R. 4

eo-

Sæcul. XVI. eoquod Cardinalis Caraffa Pallianam
A. C. 1559. ditionem Philippo Regi per suum fra-
trem ea lege, ut æqua compensatione
damnum repararetur, antea promisisset,
atque ob id jamjam Joannis Baptiste
Carbonis fidei, & custodiæ eam com-
mittere, totumque negotium inscio Papa
cum Albæ Duce perficere ausus fuisset.

§. III.

*Nepotes, eorumque Amici Roma exire
a Papa iussi.*

*Thurni l. c.
Spond. hoc ann. Ciacon.
t. 3. p. 812.
num. 1.
Pallav. l. 14.
c. 7. n. 4.*

Itaque Pontifex seposito omni, quo
hucusque erga Nepotes suos potissi-
mum ferebatur, privati studii affectu
die vigesima septima Januarii Anno Do-
mini millesimo quingentesimo quinqua-
gesimo nono Purpuratorum Senatum nu-
mero sat conspicuum convocabat, ac
præter Cardinales etiam adesse jube-
bat Salvatorem Pacinum, Episcopum
Chisinum Romæ Gubernatorem, Data-
rium, Boncompagnum Apostolicæ Ca-
meræ vices gerentem, Petrum Joannem
Aleotum Foroliviensem Antistitem, &
Aloysium Lippomanum ad Ecclesiam
Bergomensem antea translatum, una-
cum illis, qui ipsi a secretis erant: Ac-
cersebat insuper ærarii Pontificii Pro-
curatorem, atque inter Proceres Ro-
manos Camillum Ursinum a Nomento,
qui Neptem suam uxorem duxerat.

Præ-